









1753.

1. Tyror, Georg Henr., Ord. iur. praecanvus: Ioannis Lutonici Hornii . . . solennis inauguralia, in dictis premissa brevi commentatio: De Langobardorum marpachis Germanorum marchallo.
2. Beumannus, Virge Christophorus Carolus: De expectativis fidelibus eamque collitione.
3. Bochmerus, Georgius Lutonius: Origines praecognitum iurium archiepiscopi et S. R. T. electoris Poloniensis.
4. Bochmer, Georgius Lutonius, Ord. iur. Decanus: Annoti Eugenii Bernardi Renisci Bodif. . . solennis inaugralia in dicto S. praemissa observatione: De metropolitatis Poloniensibus archicancellariis per Germaniam sub Etioze M.
5. Bochmer, Georgius Lutonius, Ord. iur. Decanus: Theos von Christian Clement . . . Dissertationem solennem inducit

praemissa observatione : De successione collateralem 11.  
olim negata in feudo ecclesiastico

6. Bochmer, Georgius Lidorius, B. d. juri. decanus : De fiducia  
Augusti Dathii et Fulgeri Nicolai Stuteri solemnis inaugu- 12.  
gurialis inde praemissa observatione : Re feudo Campa-  
nario unter Glücken-Zell. 2. Scapl.

7. Bochmerus, Georgius Lidorius : De iure mercatoris apificum 13.  
in concursu contumorum

8. Bochmer, G. Lidorius, B. d. juri 14. - praedecamus.  
Georgii Thielius Lindheimeri, Bergmanni Schmidti, Cospi- 14.  
rii Conrad Staudingeri . . . solemnis inauguialis inde  
at praemissa observatione : Relatio ex fiduciom-  
nitate praestantis.

9. Bochmerus, Georgius Lidorius : De iure principis  
libertatem commerciorum restringend in utili- 15.  
tatem contumorum.

10. Bonnemann, Aug. Rnd. Zer. : De ipsorum parte  
Iparis

11. Pernout, Thedrus Christianus : De legibus prius  
hac in Germania observandis
12. Dethius, Georg Frideric Augustus : De felicitate negoti-  
um quae est in territorio, potesum Tari etiam esse  
in territorio
13. Fickerhagen, Joannes Henricus : De habita statu inter-  
pretatio ad statum familiarium in re bateari specie-  
fato.
14. Gebauer, Georgius Christianus, O.S. jas. decanus :  
Augusti Radolfi Tesarice Bonnemanni solennitas  
inauguralia indicat. Simil ronmella : De via  
apud Germanos potestate ad Taesi German. Cap. 7.  
commentator.
15. Gebauer, Georgius Christianus, O.S. jas. decanus :  
Joannis Henrici Fickerhagen et Joannes Pundtack  
solennis inauguralia indicat. Simil ronmella

de regia apud Germanos successione ad Tasci.  
German. lyp. 7. commentatur.

16. Gaberius, Georgius Christianus, Ord. iur. Decanus: et  
Andreas Ruhely: de Randebz solemnia inaugura-  
tivitas. Simil nonnulla: de regio apud Germanos  
nomine ad Tasci German. lyp. 7. commentatur.
17. Korn, Joannes Tudorius: De iuribus et praecog-  
tioris S. R. S. marescallorum haeresitariorum  
contumis Peppenkum.
18. Kocherius, Dr. Mait: praelectionem . . . indicia  
praemissa historia concata archicancellaria  
S. R. S. per Italiam post interregnum magnum  
manuie continuati usque ad Imp. Constant. II et  
ex authenticiis documentis hactenus ineditis a  
probata.

Pu. 3. num. 1<sup>o</sup>

1753, 1 1

ORDINIS IVRIDICI  
H. T. PRODECANVS

GEORG. HENR. AYRER D.

VIRI PRAENOBIILLISSIMI

IOANNIS LVDOVICI KERNII

PAPPENHEIMENSIS

SOLENNIA IN AVGVRALIA

INDICIT

PRAEMISSA BREVI COMMENTATIONE

DE

LANGOBARDORVM MARPAHIS  
GERMANORVM MARESCHALLO.



---

GOTTINGAE,

TYP. IO. CHRIST. LVD. SCHVLZII, ACAD. TYPOGR.



ORDINIS IMPERIALIS  
HISTORICAE  
GEORGII HINRI. AYERI  
MIRI PARVANOVITATIS  
JOANNÆ EADAIÆ KERNI  
PARVANOVITATIS  
SOPHIA INAGARIA  
TITULÆ  
TRIBALIA HISTORICÆ COMMUNICATIO  
LANGEBOARDORVM MARCHIA  
GERMANORVM MARCHIA



GOTTINGE  
TYPIS CHRISTI TD. SCHLICHT ACID. TULLOCH.





**N**on parum eruditos, Grammaticos in primis, studium Etymologicum, iuris etiam studiofis, ob insignem & multiplicem usum, quem in explicandis legibus veterum & Romanorum & Germanorum praestat, maximopere commendandum, paulo diligentius excoentes, neque primam tantum, ut GELLIUS a) ait, cutem ac sententiarum speciem, sed sanguinem quoque ipsius, ac medullam verborum, priscorum praefertim & remororum, perspicere & elicere conantes, genuina vocabuli Langobardici Marpabis origo verusque significatus vexavit. Bis illud occurrit apud PAVLVM WARNEFRI DVM, Diaconum Foroiulensem, & ultimi Langobardorum Regis, Desiderii, Cancellarium, scriptorem rerum Langobardicarum, si non tam elegantem, ut propterea Carolus M. eius vel manibus, quas amputari, vel oculis, quos effodi iussisse dicitur b), pepercerit, certe tamen, iudice WAGENSEILIO aequissimo c),

A 2 per

a) Noet. Att. XVIII. 4.

b) Vid. LVD. ANT. MVRATORII *Geschichte von Italien* T. IV. p. 433: ubi tamen, hanc fabulam, ab ANONYMO SALTERINANO P. II. T. II. *Rer. Ital.* primum propitiam, & ALEONE MARSICANO f. OSTIENSI deinde propagatam, dudum ab acutissimo MABILLONIO, *Annal. Benedict.* L. XXIV. c. 7. explosam esse, obseruat.

c) In Pera libror. juuenil. Loc. III. P. II. p. 97.

perdiligentem. Primum, ubi Alboini, Regis Langobardorum, res gestas commemorat <sup>d)</sup>, deinde, ubi de Rege Cuniberto exponit <sup>e)</sup>. Alter locus ita habet:  
*Igitur dum Alboin animum intenderet, quem in his locis, quorum ambitus satis amplius in praecedentibus descriptus est, ducem consituere deberet, Gisulfum, et fertur, suum nepotem, virum per omnia idoneum, qui eidem strator erat, quem lingua propria Marpahis appellant, Foroiulanae ciuitati et toti regioni illius praeficere statuit.* Altero haec legimus: *Rex vero Cunibertus, dum posthaec cum stratores suo, qui lingua propria Marpahis dicitur, consilium iniret in ciuitate Ticinensi, quomodo Aldonem & Grausonem vita priuare deberet; & paucis interiectis: Tunc Cunibertus stratem suum arguere coepit, ut quid consilium suum prodere debuisset; cui sius strator ita respondit: Domine, mi Rex, tu scis, quia, postquam hoc consiliari sumus, ego a quo conspectu non exiui, & quomodo hoc alicui dicere potui?* Utroque loco Marpahis vocabulo eminentis dignitatis officium indicari, nemo facile dubitauerit, qui secum reputet, Alboinum regem illud nepoti suo, quem tanto elogio mactat **P A V L S D I A C O N V S**, contulisse ipsumque adeo toti simul prouinciae Foroiulanae praefecisse, Cunibertum vero eum, quem hoc munere condecorauerat, consiliorum suorum & quidem maximi momenti participem reddidisse. Vnde vero vox ipsa descendat, & quid propriè significet, non aequè expeditum est, sicuti nec ab omnibus vna eademque ratione scriptum legitur, sed lectionibus admodum variantibus, quae vocis originem maioribus adhuc dubiis impllicant,

<sup>d)</sup> Lib. II. De Geslis Langob. cap. 9.  
<sup>e)</sup> L. VI. cap. 6.

cant, effertur, quum modo *Marpabis* vel *Marepabis*, modo *Marpahais*, modo *Marepazis*, modo *Marepalis* legatur f). Non minus illud vocabulum compositum esse, ac *Mareschalcī*, vel *Marschallī* s. *Mareschalli*, haud difficile est indagatu. Vtrumque etiam, quoad primam compositionis partem, ex eodem fonte fluxisse, in aprico est, sed diuersas secundam habere radices, vel ipsius soni diuersitas ostendit. Quid igitur de etymo harum vocum sentiant interpres, primum videbimus, quid nobis videatur, deinde exposituri.

Tria sententiarum agmina de *Mareschalli* vocabulo eiusque origine pro triplici eiusdem acceptione constituit, qui non minus eruditæ, quam copiose, hoc argumentum tractauit, nobilis Lusatus, AVGSTVS ADOLPHVS AB HAVGWITZ g). Primum ducunt ii, quibus officium *Mareschalli* plane est militare. Horum autem alii b) primam vocis syllabam *Mar a Marte*, bellia apud

A 3 gen-

f) Lectionum duarum posteriorum alteram occurtere in charta Langobardica ann. 774, apud VGHELLVM in Italia sacra T. III. dul. guen. VIII. p. 34. ubi de iudicaria potestate Foroaldi, hoc mane- re fuchi, mentio sit, alteram in Chronico S. Sophiae Eneu. p. 629. 632. 637. & 738. obuerari, sed vtramque falsam es- se, communiorē canque rectiore *Marpabis* vel *Marpais* retinens adnotauit CAROLVS DV FRESNE in Glosſer. ad script. med. & inf. Lat. T. III. h. u.

g) In Tr. politico-publico-iurid. de Regni & aulae Mareschallorum nomine, origine, definitiōne, existentiā, variis generibus, qualitatibus, meritis, officiis, iuribus, redditibus, salariis, titulis, privilegiis, dignitatibus, praerogatiis, insignibus, affinitibus, Budiflao 1690.

b) Huc pertinet in primis Scriptor Gallus, GILLES BOILLEAU, dans ses annotations ſervants à plus ample intelligence de la guerre d'Allemagne lit. M. cuius verba refert LIMNAEVS in Ju- re publ. T. I. L. III. c. 10. n. 20. & in Nosit. regni Franc. L. II. c. 27.



gentiles Numine & parente communi, alii *i)* a *Mayck*,  
i. e. limite regionis, vocabulo saepius in Capitularibus  
Regum Francorum obvio, alii a *Markt*, voce pagum  
vel forum significante, *k)* alii a verbo Gallico *marquer*,  
notare, designare, *l)* secundam vero syllabam *schal*,  
*s. Schalck* a voce *Schalck*, primaeuo suo significatu ser-  
uum denotante, sed propter seruorum nequitiam &  
astutiam, quam viuis coloribus depingunt Comici  
Romani *m)*, ad quemuis hominem callidum & astutum  
translata idemque adeo fatum cum vocabulo fur, quo  
serui a ferendo dicebantur olim, aliisque similibus *n)*  
experta, deriuant, rationemque huius suae deriuationis  
hanc reddunt, quod Mareschallus vel callidus vsuque  
terum bellicarum *o)* probe subactus, vel limitum vnius-  
cuiusque regionis bene gnarus, vel locorum & pago-  
rum peritus, vel castrorum & exercituum intelligens  
burgs und omnia res militaria inveniens.

de-

*i)* Vid. praefera Glossaria hoc spectantia ALE. CRANZ in *Vandal.*  
L. II. c. 16. HOTOMANNVS de verb. feud. v. *Marchiones*  
SELDENVS de *Titulis honor.* P. II. c. I. §. 47. & qui  
multa diligentia varios huius vocis significatus collegit  
V. A. PHIL. DAV. SCHAZMANN in diss. inaug. sub III.  
WAHLII praefidio hab. von *Marcken und Maercker-Ge-  
dingen in der Westerau.*

*k)* Conf. BESOLDVS in *Thef. praecl. v. Markflecken, WEH-  
NER Obs. v. Marchung.*

*l)* Vid. STEPH. PASQVIER *Recherches de la France* L. VII. c. 5.  
*m)* Vid. PLAVTVS in *Afmar.* III. 2.

*n)* Quae attigimus in diss. de *poena furti domestici in terris Bruns-  
suiic.* Secta. II. §. IV. not. 3. Conf. HVLDERICI AB EYBEN  
*Electa iur. feud. C. IX. §. 3.*

*o)* Vnde, Marechallos etiam praepositos guerrarum dictos esse, re-  
fert DV FRESNE h. v. simulque insultum vocis etymon  
carpit, quod habet MATTHAEVS PARIS ad an. 1245  
Wilhelnum bellicolum f. arenum dictum fratre Mareschal-  
lum, quasi Martis Seneschallum, arbitratus.

designator ac distributor *p*) esse debeat. Alterum est agmen eorum, qui Mareschallatum pro equestri tantum officio habent, atque hinc principium huius nominis *Mar vel a Marek, March, Mar*, quas voces omnes, licet diuersimode scriptas, lingua prisca Germanorum equum, siue potius equam, quippe qua, ceu & velociore & laborum tolerantiore, in bello frequenter ut solebant, ob generis feminini praestantiam *q*), significativa*le*, inter omnes constat *r*), vel a *Maire*, quasi *Maitre*, i. e. magistro, vel a *Mehier* siue *Mehrer*, i. e. majori; finem autem, s. syllabam *schal* vel *a chal*, corrupte pro *cheual*, *equus*, *s*), vel a voce *charge*, munus, *t*) vel a *Stallberr*, ita quidem, ut *Mehrer Stallberr*, i. e. superior vel stabulator, *u*) vel sumimus equorum, siue tropice potius, honoratiore & ipsi Mareschalli muneri conuenientiore voce, equitum magistrum adeoque idem

*p*) Inde Graecis protostratores dictos fuisse illos, qui vniuerso exercitu ad castra metanda praebabant, tradit CODINVS Cuperolates de officiis & official. cur. & eccl. Constant. c. V.

*q*) De qua vid. VIRGILIVS Georg. I. 59. & PLINIVS Hist nat. VIII. 44.

*r*) Vid. inter alios FRID. LINDENEROG in *Glossar. Codici LL. antiquar.* subinvento, h. v. IVSTVS GE. SCHOTTELIVS Von der Teutschen Hauptsprache L. II. c. 12. p. 431. OTTO HENR. VON PFLVG in *diss. de Singular. Elec. Sav. eminent.* c. III. §. I. HENR. GVNTHERV THYLEMAR in *Ostoviratu* c. XVI. §. 4.

*s*) Vid. PASQVIER l. c.

*t*) Vid. ANDR. FAVYN des premiers offices de la couronne de France Lib. I. c. 6.

*u*) De comite stabuli apud Romanos & Gallorum Constabulo vel Connestabili vid. praeter THYLEMARIUM l. c. FFFFIN-GER Vitr. ill. Lib. I. Tit. 14. §. 12. not. b. Add. Ill. BV-R. Erl. des LehnR. p. 269.

idem, quod Archimareschallus *x*), denotet, *y*) vel a *schalck* i. *schal*, quod aliis *z*) ministrum s. administratorem a verbo *schalten*, administrare, aliis *a*) potenter, aliis *b*) custodem, aliis *c*) praefectum significat, vel denique ab Ebraeo וְשׁ schalat, *d*) i. e. dominari, praefesse, potestatem exercere, vel nescio ex quo fonte alio peregrino deriuant. Ultimum denique agmen si sunt, qui Marechalli officium vnicice aulicum esse, contendunt, vocem *Mar* a maiori s. primario *e*), more Gallis & Anglis potissimum, quibus magistratus urbis princeps sive consul regens *Lord Maire* audit, familiae arcestantes, vocabulum *schal* autem ad antiquam vocem *Saal*, palatum, aula, vnde nobilissimos Franco-rum Salicos dictos esse, memoriae proditum est, *f*) referentes, atque proinde *Marechallum* quasi *Maresalum* h. e. maiorem in sala s. aula principis interpretantes.

*x*) Quem ideo ex antiqua Bullae palat. lectione des H. R. Reichs-Erz-Marschaller vocat IUSTVS SINOLD SCHVZ in Colleg. publ. de statu rei Rom. L. I. Exercit. 7. th. 27. lit. I.

*y*) Vid. AVCTOR ANON. de Nomin. prop. Germ. apud. SIM. SCHARDIVM Rev. Germ. Tom. I. f. 445.

*z*) Vid. IOH. IAC. DRACO de Iur. & orig. patricior. L. II. c. 3. & conf. CLVVERIVS in Germ. antiqu. L. I. c. 8.

*a*) B. RHENANVS Rev. Germ. nou. antiqu. L. II. c. 1.

*b*) SCHOTTEL l. c.

*c*) Vid. CHAMBERLAYNE in The present state of England. T. I. c. 12.

*d*) IUSTVS RITTER de orig. lingua Germ. voce *Marschalck*.

*e*) Vid. GÖLDASTVS de Matribus L. II. c. 6. & conf. SPELMANNVS in Glossar. h. v.

*f*) Vid. OTTO FRISING. Chron. L. VI. p. 98. & conf. GVNDLINGIANA P. IX. p. 352. Add. IOH. HENR. HERM. FRIES von Pfeiffer. Gericht p. 140. sq.

tes g). Sed quemadmodum hanc ultimam derivacionem, tanquam ineptam, iam dudum merito improbavit PAVLVS MERVLA b), duas priores partim FRES-NEVS i), partim PFEFFINGERVS k) haud immerito reiecit; ita supra laudatus ab HAVGWITZ, relictis omnibus aliorum sententiis, suam dicturus l), vocabulum *Mar-schal*, a vocabulo *Mare*, nutritium, sotorem, augustum, einen Mehrer, m), significante, & *schalek* i. e. peritus, aptus, voce seruis ideo, quod omnes serui debeant esse periti & idonei, accommodata, repetit atque Mareschallum per *Mehrer Schalk* , i. e. maiorem ministrum, maiorem do-  
ctri anno 2b, finnpo 1514 in dñi 1514 m  
mus

32) Ita non solum explicat Scriptor Hispanus, SALAZAR DE MENDOZA, en *Origin de las dignidad feglar, de Castil. & Leon* L. III. c. 22. sed etiam praeceptor AVENTINVM in *annual Boi.* L. IV. in pr. LIMNAEVM, l. c. & CARPOVIVM de *Lege reg.* c. X. Sect. 6. n. 25. ab HAVGWIZIO l. c. c. L. n. 14. hanc in rem laudatos, DOMINICVS ARVMAEVs de *Comitis R. G. I. Cap. VI. n. 42.*

b) Cosmograph. P. II. L. III. c. 17.

E. J. C.

L. V.

R) Vitriar. Illustr. L. I. Tit. XIV. §. II. not. b.

l.) l. c. Cap. I. n. 15.

111) Vnde Marabodus quasi *Mehre*: *Vogt*, ad ipsum & religionis Euangelicæ & linguæ vernaculae restituatorem, B. LVTHRVM, in Tr. philolog. de *Nominibus propriis Germanor.* prouocando, dictum esse putat, sed aliam plane ac verofamiliorum etymologiam suppeditata ANDR. ALTHAMERVS in Comment. ad *TACITVM de Mor. Germ.* p. m. 300, dum, vernacularum Regis *Merbold* s. *Marbod* nomen corpus equinum, cuius robur, aut magnitudinem hic rex retulisse videatur, significare, docet, appellandi ratione a *Marchardo* & *Marquardo*, vt pote ad equi robore, sicuti *Leonardus* & *Bernardus a leonis* & *vrsi* robore, ita vocatis, petita.



mis explicare studet. Sed nec ipse rem acu tētigisse  
videtur; quandoquidem, ut de nimium contorta hac  
originatione iam nihil dicamus, diuersa munera maio-  
ris domus, vel palatii *n*) & Mareschalli pro iisdem per-  
peram sumfit. Quare magis placet nobis omnino illo-  
rum sententia, qui, Mareschalli vocabulum e stabulis  
primum in militiam, e militia deinde in aulam delatum,  
atque ad exprimandas tam belli, quam pacis, munia,  
tam militares & equestres, quam palatinas functiones,  
aeque idoneum, ab equorum, vel equitum praefectura  
deducunt. Certe antiquis Germanis, *Marck* equum,  
*Mär*, *Marach*, *March* vel *Mähr* equam, de cuius fre-  
quentiore apud illos in bellis vsu iam supra dictum est,  
denotasse, cum ex ipsis eorum legibus *o*) adparet, tum  
varia inde orta nomina composita *p*) produnt, tum  
etiam

*n*) De *SPELMANNVS* h. v. Succincte vero eius au-  
toritatem ex historiarum monumentis ostendit acutissimus  
*MONTESQVIOVIUS*, auctor operis *praefantissimi de Inge-  
nio legum*, s. de *l' Esprit des loix* Lib. XXXI. cap. 3. sqq.  
De magno magistro *Le Grand Maître*, in aula Regis Gall. Gallie suo re-  
fusus egit *IOH. TILIVS* in *Commentarij de Rebus Gall.* L. II. p.  
162. Add. *PAVLVS MERVLAL* c. vbi officia palat. Galliae suo re-  
censuit ordine.

*o*) Ita in legibus *Alem.* Tit. 17. *Marach* equus bellator audit, Tit.  
71. equus *Mark* dicitur, Tit. 79. l. 4. *Marscalcus* nomina-  
tur, qui super XII. caballos est.  
*p*) V. g. *Mareschall*, *stabulum*, *Marchfall*, *depositio* vel *casus* de equo,  
aliaque plura passim a *Glossariorum conditoribus* congetta.  
Quibus addimerentur verba *ALTHAMERI* l. c. p. 293. Non  
definit, qui ab equis nomen adeptus *Marcomatus* tradunt,  
sicut *Marsallerum* appellamus equorum stabulique magistrum,  
*Marscalcum* praefectum equitum, *Marchardum*, equi robore  
prae-

etiam appellatio *Mähr* hodienum, quamquam sensu plerumque deteriori, ad indicandum ignobilius equorum genus. vnu retenta, manifeste ostendit. *Schalk* autem in omnibus veterum dialectis ministrum, famulum, vel seruum a suprema ad infimam conditionem significasse, non minus cognitum est atque perspectum q). Neque est, cur moremur ea, quae ioh. SCHILTERVS *Glossario Teutonico*, Tomum tertium *Thesauri antiquitatum Teut.* conficiunt, de vocis Mareschalli origine inse- ruit ex libro perraro, nimirum ex BOHORIZHII articulis horulis succisiis, & a LAMBECIOR), & a FREN- CELIO s) laudatis. Quamuis enim etymon, a *Mare* quando *equum* significat, petitum, ignobilius videatur illo, quod auctor iste conjectura, hanc in rem ab ipso excitati Doctoris, IEREMIAE HORNBERGERI, du- etus, a *Marca*, vel *Marcha*, siue limite, desumit, sic que Mareschallos cum Marchionibus, Margrauiis, siue comitibus limitum, vel praefectis limitaneis, aperte confudit; noto tamen notius est, a paruis saepe initii res ortas esse maximas, &, cum dignitate personae, ipsius vocabuli vilioris olim aucto pretio, haud raro no- men vulgare ad eminentioris tituli magnitudinem vnu-

praeditum; sequidem *Marca* & *Merchen* i' nostrate lingua *equum* & *equam* significat, vnde etiam *Merchenland*, *equarum regio*.

q) Conf. Clariss. WÄCHTER in *Glossar.* h. v. Add. NOLDEN de Nobilit., c. VIII. n. 167. sqq. & BEISOLDVS de Comit. & Baron. n. 19.

r) In Biblioth. Caes. Vindob. I. 92.

s) In præf. Orig. linguae Sorab.

H      ) \* (       
mutato perductam. Sic e stabuli ministerio, sunt verba SPELMANNI h. v. ad amplissimos regni magistratus irregit Marescalci appellatio. Haud secus, quam equis nis apud Romanos veteres, quae, PARRONE atque NOLNIO testibus, primum de equorum moderatore, postea ad ceteros omnes, quibus rei alienum regimen credebarit, est delata. Ita Marescalci demum nuncipati sunt non solum stabuli regit curatores & praepositi, sed & regiae domus, regii exercitus, curiarum regiarum, minorumque plurium officiorum administratores, nubil cum equis, siue stabulii contrahentes.

Sed satis iam de vocabulo *Mareschalli*; paucis adhuc de origine & significatu vocis Langobardiae *Marpathis* disciplendum est. Non minora fere hic quoque sententiarum diuortia deprehendimus, alii alter rationes subduceantibus. Si lectioni Codicis Orteliani, ad quem LINDBROGIVS \*) provocat, fidendum esset, in quo loco *Marpathis* *Marhais* legitur, non longe forte a vero aberraret, qui cum illo inde rationem denominationis peteret, quod hoc munere fungens imperium in equos habeat, vel potestate iubendi, quidquid ad illos pertinet, gaudeat, sicut *Schultheis*, siue *Scultais*, vox itidem a Langobardis prosemnata, iusforem, vel potius exactorem debiti, aut culpae, quasi *Schuldheischer*, significare, quae explicatio etiam apud B. RHENANVM \*\*) occurrit, cum ECCARDO & REI-

ZIO

\*) in Observat. ad locum PAVIT WARNEFRIDI supra adducum.

\*\*) Rev. Gerit. L. I. p. m. 40.

zio statuit perspicacissimus WACHTERVS <sup>t).</sup> Flu-  
erat hinc saepe laudatus ab HAVGWITZ v), modo in  
eam inclinans sententiam, vt ad explanandam posterio-  
rem vocabuli compositi partem, *pabis*, vocem Galli-  
cam *pais*, quae prouinciam, regionem denotat, in sub-  
sidium vocandam esse, & ita *Marpabis*, si secundum o-  
riginem prioris vocis *Mar*, qua maiorem significari ex-  
istimat, explicetur, maiorem, siue rectorem prouinciae,  
qualem PAVLVS WARNEFRIDVS loco allato in Gisul-  
fo descripsit, denotare putet; modo LINDENBRO-  
gio tantisper adstipulando *Marpais* per *Mehrerbeiss*,  
siue *Mehrergebeiss*, qui maiori scilicet cum imperio  
praesideat, reddens. Sed, vt taceamus, argumentum  
a voce Langobardica *Sculda*s, vel Latino-barbara *Scul-  
dasius*, ductum eo minus hic stringere, quo maioribus  
dubiis ipsa huius vocabuli origo est obnoxia; lectio  
*Marpabis*, vel *Marpais*, tanquam probatior, a plerisque  
recepta est, adeoque solummodo videndum, ex quo  
fonte vox *pabis*, vel *pais* sit deriuanda, quum, Langobardis etiam *Mar* equum denotasse, vocabula inde com-  
posita inque ipsis eorum legibus obvia euidenter com-  
monstrant x), Belgarum *Meerfester*, i. e. equorum  
curatorem, hic intelligendum esse, vult WENDELINVS  
y). Ast proprius ad originem vocis accessit CAROLVS

DV

z) l. c. h. v.

v) l. c. cap. I. n. 6c.

w) Ita inter leges Rotharis, Regis Langobard. XXX. inscripta est  
de *Mara*, *Maraworffi*, i. e. deiectio de caballo.y) in *Glossar*, *Sal.* lit. l. v. *frator*.



DV FRESNE<sup>z</sup>), cum Marpahis, vel Marpais per Marpaige, i. e. equi puerum, qui equum curat, explicatum dare adgressus est. Cur autem ita vocem pais vertat, non addit. Procul tamen dubio hic ad eandem originem, alibi a) a nobis adductam, respexit, quam in explicando vocabulo page, auctoritate FAVCHETI b) nexus, indicavit, id ipsum a paedagogio repetens, in quo ephebi nobilioris ordinis, regum principumque ministeriis dicati, variis artibus literisque imbuvi solent. Apertius vero feliciusque, sicuti pleaque huiuscemodi alia, etymon detexit saepe laudatus WACHTERVS c), dum a Graeco παις, quod puerum, vel famulum significat, deduxit. Qua vocula peregrinavernaculae adiecta, si quid in nomine Marefchalli, quod ab ipsis Franciae incunabulis cognitum fuisse, ex lege Salica & Alemannica docere voluit FRESNEVS h.v. corruptum fuit, vti quidem iudicat Scriptor ANONYMVS supra laudatus de Nominibus propr. Germ. id tribuendum haud dubie est ipsis Langobardis. Quamquam enim, vt vel nomen ab intactae ferro barbae longitudine ipsis inditum d) docet, eiusdem cum Germanis fuerint originis, Vandalorum, aut Sueuorum e) appella-

z) l. c. V. Marpahis.

a) In prolus. inaug. quae in Opusculorum minorum sylloge noua N. VII. extat, de Scholis palatinis §. IV.

b) Orig. milit. L. I. c. I.

c) In Glostar. v. Mar.

d) Sic tradit WARNEFRID, l. c. C. IX. Quod etiam ALTHAMERVS

l. c. p. 277, cum ANDREA ALCIATO & reliqui fere omnes, qui Langobardorum mores resue gestas attigere, repetierunt.

e) Nullam enim haec nomina diuersa differentiam ratione ipsius populi facere, sed, quid antiquissimis scriptoribus Suevi dicti sunt

\* \* \*

pellatione comprehensi; quoniam tamen deinde, reli-  
ctis pristinis sedibus suis, saepe solum verterunt, ac  
tandem in Italia fixo domicilio nouum ibi regnum,  
quod ad hunc usque diem ab ipsis Lombardia,  
contracta locutione, audit, considerunt; facile fie-  
ri potuit, ut modo ab Italib; modo a Graecis voces  
mutuati, natiuo suo sermoni corrupte illatas adiecerunt;  
subinde barbari aliquid ei admiserent. In ipso autem  
vocabulo siue *Marpabis*, siue *Marpais* nihil esse, iam re-  
ete monuit WACHTERVS, quod nobilitati & dignita-  
ti munieris, per illud denotati, respondeat, neque in vo-  
ce stratoris, qua hodie famulus infimae sortis vulgo  
*Stallknecht*, *Sattelknecht* vocari solet, maius aliquid la-  
tere, nemo non intelligit. Sed nihil inde amplitudi-  
ni & splendori ipsius officii decedit. Fuerunt enim ve-  
teres Germani, ut idem probe obseruat, eo ingenio,  
ut, dum summa quoque dignitatis fastigia indicarent,  
nominibus, ab origine & ultimo gradu petitis, delectaren-  
tur. Neque vero id propudosum censi, vel adpar-  
ret ex eo, quod ipsi principes Electores, & Archioffici-  
ales imperii, licet dum ad summum dignitatis api-  
cem euecti, humilem eiusdem originem reterito veteri  
nomine profiteri ipsisque functionibus officiorum  
palatinorum, quae ordine, in A. B. Tit. XXVII, pre-  
scripto

150

sunt, posteriore aetate Vandalos vocatos esse, argumentis ab  
ILLVSTRIS. COMITE BVNAVIO in der Teutschchen-Kaiser und  
Reichs-Historie P. I. L. I. p. 30. fqq. hanc in rem allatis inni-  
xus, adnotat Vir celeberrimus nobisque antiquo amicitiae vin-  
culo honoratissimus, IOH. FRID. CHRISTIVS, in Commentar.  
de Rebus Langobard. Cap. I. n. 2.



scripto, in solemnibus Imperatorum, vel Regum Romanorum curiis, maioris splendoris causa, vel ipsi, vel per vicarios suos exercent, interque praecipua ornamenta sua numerant & hinc tuentur studiosissime f), publice declarare haud deditantur. Sed haec ex parte, quantum scilicet ad officium Mareschalli hereditarium attinet, pluribus persecutus est

### PRAENOBISSIMVS CANDIDATVS

**IOH. LVDOVICVS KERN**  
PAPPENHEIMENSIS

qui nobis haec de nomine praefandi ansam dedit, vitae vero studiorumque suorum rationem, nunc more solito enarrandam, ipse his complexus est verbis:

**N**atus sum Pappenheimii a. MDCCXXX. Prid. Non. Maii patre **IOH. LVDOV. KERN**, S. R. I. Mareschallo hereditario, Comiti in Pappenheim, a Consiliis Camerae, nunc vero paucis abhinc mensibus felici excessu beato, matre **MARIA MAGDALENA**, e gente **BECKIORVM**, diuina lauente clementia adhuc superstite. Germanorum hi parentum officium secuti, parvulum

f) Ita iudicat, quā locū argumentum praeclarissime excensit, Ill. **IOH. IAC. MASCOVIVS**, in diss. de *Originibus officiorum anticornum S. R. I. §. I.*

me honestissimis doctrinarum studiis & virtuti a primordio aetatis deditum esse nimium quantum cupiere, cumque in finem, quamprimum aevi florem nactus, fidei me ac potestati Cl. 10. IAC. SCHWENTERI, patrii Lycei tum temporis Rectoris famigeratissimi, nunc pl. reuerend. Pastoris Pappenheimio-Dietfurten sis, ingenui & praeclara eruditione ornati Viri mandarunt, cuius fidelis institutioni tantum me debere gratus profiteor, quantum persoluere difficile est. Paulo quum adolenit aetas, duce Viro maxime reuerendo WOLFG. DAN. SONNENMAYERO, Pastore Ciuitatis Pappenheimensis dicto Montano, eiusdemque Consistorii Consiliario grauissimo, Philosophiae, Historiae cum Litterariae tum Iuris yniuersi, Studioque Matheseos per integrum lustrum incubui, cuius viri egregiam doctrinam cum omnes norint, qui in quoouis genere eruditionis longe diffusam eius cognitionem non ignorant, superuacaneum omnino foret heic loci prolixo in laudes eius excurrere. Posito sic litterarum mortuunque tyrocinio, a. MDCCXLVII. in celebrem illam Musarum sedem, Tubingam, cum fratre dilectissimo me contuli, ibique XVII. Calend. Maii d. a. a Viro Excellentissimo, DAN. MACHEL, P. P. Facultatis Philosophicae tum temporis Decano & Rectore Academiae Magnifico, ciuitate academica donatus, priuatis Praelectionibus FRIED. ROOS A. M. omnem Philosophiae ambitum gnatiter exponentis, Confutissimi MOEGLINGI, Textum Institut. Iustin. explanantis, & doctissimi KRAFFTII, Physicam experimentalem tradentis, sedulo interfui, morte vero istic comitem studiorum meorum, fratrem desideratissimum, mihi abripiente, iussu pareatura optimo-



rium, de locis alubritate postea nimis sollicitorum, a. MDCCXLVIII.  
 mens' Maii Athenaeum Lipsiense, famam, qua apud exteros gau-  
 det, longe superans adii, & a Viro Magnif. IO. FRIED. CHRIS-  
 TIO, Philosophiae P. P. O. penes quem summa tun temporis  
 potestas academica fleterat, Albo academico insertus, scholas Il-  
 lustrium Virorum *Philosophicas, Historicas, Iuridicas & Mathe-  
 maticas*, MAIL, IOECHERI, MENCKENII, nunc Prof. Helmst.  
 & Consil. Aul. ZOLLERI, FRANCKII, HOMMELII, SIE-  
 GELII, IOACHIMI, & HEINSII frequentauit. Iussu de-  
 in parentis optimi, ad summos in utroque Iure honores adspirans,  
 a. MDCCLI, in Georgiam Augustam, Doctoribus in quavis Eru-  
 ditionis parte versatissimis circumfluentem, demigraui, ILLVSTR.  
 AYRERO gubernacula academica tenente, ducesque secutus sum  
 in Iure Canon. & Feud. ILLVSTR. BOEHMERVM, in Iure  
 Publ. CEL. SCHMAVSSIVM, in Modo Procedendi in Iudicio, EX-  
 CELL. MEISTERVM, & in *Physicis*, doctissimum HOLL MAN-  
 NVM. Emenso sic cursu, vt aiunt, academico, ad agendum  
 me accingens cuius, gratia accesseram, anno superiori Illustr. IC-  
 torum Ordinis examini me submittens, facultatem Cethedram  
 ascendendi benigne impetraui.

Haec tenus ille. Ita vero in nostro confessu, non  
 minus docte ad utriusque iuris textus ipsi propositos  
 commentando, quam prompte ad varias iuris quaestio-  
 nes respondendo, sese exhibuit, vt vnamini consensu  
 petita licentia summos in utroque iure honores capel-  
 fendi ei fuerit decreta. Obtinebit itaque illam a me  
 nomi-

\* \* \*

nomine Collegii, praescitu & assensu SPLENDIDISSIMI VNIVERSITATIS CANCELLARII, post habitam ad l. i. C. de *praef. praet.* lectio nem cursoriam & dissertationem inaugura lem de *Iuribus & praerogatiis S. R. I. Marechalorum hereditariorum, Comitum in Pappenheim*, quam die 1. huius mensis publice sine praefide defendet. Hunc actum ut MAGNIFICVS ACADEMIAE PRORECTOR CVM SENATV, ILLVSTRISSIMI COMITES, CIVES, HOSPITES, COMMITTONES, ILLVSTRES, GENEROSISSIMI NOBILISSIMIQUE prae sentia sua condecorare velint, officiosissime rogo. P. P. Gottingae d. 1. Dec. clcccclii.





Göttingen, Diss., 1753 A-C



VD 78





Pu. 3. num. 1<sup>e</sup>  
1753, 1 1

B.I.G.

Farbkarte #13



ORDINIS IVRIDICI  
H. T. PRODECANVS

GEORG. HENR. AYRER D.

VIRI PRAENOBILISSIMI

IOANNIS LVDOVICI KERNII

PAPPENHEIMENSIS

SOLENNIA IN AVGVRALIA

INDICIT

PRAEMISSA BREVI COMMENTATIONE

DE

LANGOBARDORVM MARPAHIS  
GERMANORVM MARESCHALLO.



GOTTINGAE,

TYP. IO. CHRIST. LVD. SCHVLZII, ACAD. TYPOGR.

